





accomodari possit, speciali tamen ratione competit virtuti continetur. Ibid. p. 53. num. 75.  
 Convenienter distinguuntur tres continentie partes, scilicet conjugatorum, viduarum, & virginum, quibus fructus trigemus, sexagenarius, & centesimus correspondent. Ibidem n. 66.  
*Fructus Spiritus Sancti.*  
 Fructus Spiritus Sancti sunt quedam opera virtutum, procedentia ex motione Spiritus Sancti, que sunt delectabilia & fructuosa, que dicuntur etiam flores respectu beatitudinis, quia sicut ex floribus accipiuntur spes fructus; ita ex operibus illis habentur spes vite eterne & beatitudinis. Tomo 3. p. 221. n. 38.  
 Fructus Spiritus Sancti sunt duodecim, que recensentur ab Apostolo ad Galat. 5. Ibid. num. 39.  
*Fructus.*  
 Fructus, nec est possessio objecti concupiti, nec ejus amor, sed delectatio ex amore & presentia rei causata. Tomo 3. p. 114. num. 3.  
 Duplex dari potest fructus ultimi finis, una perfecta, que habetur in patria de Deo clare viso; alia imperfecta, que habetur hic in via de Deo per spem & amorem imperfecte possessio, de qua dixit Apostolus ad Roman. 12. *Spes gaudentes.* Ibid. n. 9.  
*Furtum.*  
 Falla & erronea est Baunii sententia asserentis, quod non tenetur quis sub peccato mortali restituere quod ablatum est per parva furta, quantumcumque sit magna summa totalis. Tomo 3. in dissertatione de probabilitate, p. 185. num. 133.  
*Furtum.*  
 Futurum est id, quod est determinatum in causa, ad habendam existentiam pro duratione sequenti. Tomo 1. p. 147. num. 1.  
 Duplex est futurum, una certa & infallibilis, per ordinem ad causam primam; & altera fallibilis & impediibilis, per ordinem ad causas inferiores contingentes, vel liberas, de qua locutus Aristoteles 2. de generat. textu 64. dixit: *Futurum quod inciderit, non incedit.* Ibid. num. 7.  
 Nihil est determinatum futurum ante decretum, & predestinationem divine voluntatis. Ibid. p. 151. num. 34. & seqq.

G

Gaudium.

**G**audium & amor in Deo virtualiter distinguuntur. Tomo 1. p. 290. num. 19.  
 Quam ingens sit gaudium beatificum, & que precipue ejus cause, per fructus, quos exploratores de terra promissionis attulerunt insinuat. Tomo 3. p. 35. num. 131.  
 Gaudium illud adeo ingens est, ut humano corde concludi nequeat; quare melius dicitur homo in illud intrare gaudium, quam illud gaudium cor hominis introire. Unde Anselmus in epistol. cap. 26. *Tam magnam est deus gaudium celestis patrie, ut non possit concludi in homine, & adeo homo intrat in gaudium illud incomprehensibile, & non intrat gaudium illud in hominem, tamquam comprehensionem ab homine.* Ib. p. 35. n. 139.  
 Cause illius immensi gaudii eleganter describuntur ab Augustino de spiritu c. 61. Ibid. p. 37. n. 131.  
*Gratia actualis, seu auxiliaria.*  
 Homo in statu nature lapsa potest sine gratia, seu auxilio speciali, aliquis, immo & singularis veritates naturales tam speculativas quam practicas cognoscere, non tamen totam eorum collectionem. Tomo 4. p. 19. num. 14. & seqq.  
 Ad assentiendum veritatibus supernaturalibus, & mytheriis fidei, requiritur auxilium supernaturale, non solum in intellectu, sed etiam in voluntate. Ibid. p. 26. n. 81.  
 Homo potest sine gratia sanctificante, & caritate, elicere aliquos actus honestos, & moraliter bonos; unde quicumque fuerit peccatoribus ante adeptam justificationem, non sunt peccata. Ibid. p. 28. num. 101. & seqq.  
 Fides ad bene operandum non est ita necessaria, quin infideles, in statu infidelitatis, aliquos actus honestos exercere valeant. Ibid. p. 29. num. 118. & seqq.  
 Homo lapsus, sine auxilio speciali, & cum concursu generali Dei, aliqua opera honesta, & moraliter bona naturalis ordinis, efficere potest. Ibid. p. 31. num. 128. & seqq.  
 Homo in statu nature lapsa non potest viribus liberi arbitrii, & cum solo concursu generali, Deum ut auctorem nature efficaciter dilectione diligere, immo supposita elevatione nature humane, requirit non solum auxilium supernaturale, sed etiam gratia sanctificans, in statu vero nature pure, cum solo auxilio speciali ordinis naturalis, tam elicere potest. Ibid. p. 37. num. 102. & seqq.  
 Homo in statu nature lapsa non potest totam legem nature quoad substantiam observare sine auxilio entitative supernaturali, immo nec sine gratia habituali. Ibidem p. 42. n. 250. & seqq.  
 Non potest etiam, ex viribus nature, diu vitare peccata mortalia, que sunt contra legem naturalem, nec graves tentationes contra illa precepta vincere. Ibid. p. 45. n. 285. & seqq.  
 Homo in statu nature lapsa, quantumcumque sit iustus & sanctus, non potest ex vi auxiliorum que communi lege gratie annectuntur, omnia peccata venialia per totam vitam, vel per longam tempus vitare; sed ad hoc specialissimo auxilio seu privilegio indiget, quod soli beatissime Virginis fuit concessum, licet aliqui sancti speciale privilegium habuerint vitandi omnia venialia collectiviter in aliqua certa, & determinata materia. Ibid. p. 48. num. 317. & seqq.  
 Requiritur speciale donum ad perseverandum in gratia usque ad mortem, etiam in adultis, qui post acceptam gratiam cito mori-

riuntur, & in parvulis baptizatis, decedentibus ante usum rationis Ibid. p. 51. n. 350. & p. 52. n. 356.  
 Homo indigebat, etiam in statu innocentie, speciali auxilio ad perseverandum. Ibid. p. 53. n. 370. & seqq.  
 Donum perseverantie fidelis consistit formaliter in conjunctione gratie cum morte, ex efficaci glorificationis intentione imperata. Ibid. 55. n. 386. & seqq.  
*Gratia habitualis, seu gratum faciens.*  
 Gratia gratum faciens, non est solus extrinsecus Dei favor, vel amor, sed forma aliqua homini intrinseca, nimirum qualitas aliqua entitative supernaturalis, que est participatio physica, & formalis divine nature, etiam formaliter & reduplicative, ut infinita est, & actus purus, habetque totam essendi plenitudinem, immo & prout subsistit in tribus personis divinis. Ibid. p. 56. n. 2. & seqq.  
 Gratia sanctificans participat aliquid de immutabilitate, infinitate, & omnipotentia Dei, tribuitque homini iusto rem omnium dominium, idque nobilitas & secundum omni dominio civili. Ibid. p. 62. n. 64. & seqq.  
 Gratia sanctificans, licet una, & simplex qualitas, pro diversis tamen subiectis in quibus recipitur operatur effectus. Sicut aqua, cum unius sit speciei, variis modo operatur, deobans in illis, rubricans in aliis, purpurans in aliis, ut ait Chrysolomus. Ibid. p. 65. num. 90.  
 Gratia sanctificans est simpliciter perfectior caritate, lumine glorie, visione beatifica, immo & Dei maternitate. Denique, ut ait D. Thomas: *Donum gratie unius, majus est quam bonum nature totius universi.* Que verba expendens Cajetanus subdit: *Aure oculis tuis semper die nosseque tene, bonum gratie unius, est melius quam bonum nature totius universi; ut continue videns damnationem imminentem non estimat tantum bonum oblatum.* Ibid. p. 65. n. 90. & seqq.  
 Gratia sanctificans reddit hominem filium Dei adoptivum, eaque sola talem effectum prestare potest. Ibid. p. 66. n. 105. & seqq.  
 Nulla creatura, quantumcumque perfecta, nequidem Christus, in quantum homo potest esse causa principalis gratie sanctificantis. Ibid. p. 78. n. 1. & seqq.  
 Gratia sanctificans, neque proprie creatur, neque concitatur, sed de potentia obedientialis anime educitur. Ib. p. 81. n. 32.  
 Ad gratiam sanctificantem requiritur aliqua dispositio, que in adultis est motus liberi arbitrii, in parvulis vero virtutes infuse, que cum ipsam semper continentur, & ab ea sunt inseparabiles, dispositiones ejus concomitantes dici possunt. Ibid. p. 82. num. 59.  
 Nullus, seclusa revelatione, potest esse certus, certitudine fidei, se esse in gratia, immo nec de hoc habere certitudinem morale omnem formidinem & dubietatem excludentem, sed duntaxat probabilem & conjecturalem. Ibid. p. 84. n. 3. & seqq.  
*Gratia gratis data.*  
 Gratia interna convenienter dividitur in gratiam gratum facientem, & gratis datam. Tomo 4. p. 74. num. 4.  
 Divisio gratie gratis datae, in novem ab Apostolo assignatas, ad quata est. Ibid. num. 7.  
 Alique ex gratiis gratis datis sunt in homine per modum motus transientes; juxta illud Gregorii Magni homil. 9. super Ezechiel. *Spiritus sanctus in sanctorum cordibus, juxta quasdam virtutes semper permanet, juxta quasdam vero, recessurus veniunt, & venturus recedit.* Ec. Ibid. p. 75. & seq. n. 9.  
*Gratia sufficientis.*  
 D. Thomas sub nomine auxilii Dei, utrumque auxilium tam sufficientis, quam efficacis comprehendit, cum utrumque sit quedam Dei motio, qua ad actus supernaturalis perfectos vel imperfectos animam applicat. Tomo 1. p. 260. n. 147.  
 Auxilium sufficientis, ab efficaci distinctum, agnovunt veteres Thomistae Cajetanus, Ferraristes, Soto, & alii. Ib. n. 149.  
 Nominis auxilii sufficientis Theologi intelligunt illud quod de potentia complementum & totam virtutem sui sufficientiam; unde licet deest auxilium quod admittunt Thomistae, & sufficientis appellatur, non esse sufficientis grammaticaliter, est tamen sufficientis Theologicè. Ibid. n. 152. & seqq.  
 Licet Deus omnibus offerat vel preparet auxilia ad salutem sufficientiam, omnibus tamen non confert, nec omnes accipiunt, sed plures illis privantur in penam peccati mortalis, actualis, vel originalis. Omnibus tamen iustis, implete precepti supernaturalis obligatione, semper auxilium sufficientis conceditur. Tomo 2. p. 61. n. 160. & seqq.  
*Gratia efficax.*  
 Efficacia decretorum, & auxiliorum probatur ex orationibus Ecclesie, Dei promissionibus, & ex incurtabilitate hujus questionis, *cur vocatis & gratia Dei in uno sit efficax, non vero in altero?* Tomo 1. p. 266. n. 30. & seqq.  
 Divina decreta & auxilia, esse ex se & ab intrinseco efficacia ostenditur ex verbis Apostoli 1. Cor. 4. *Quis enim se dicit scire?* p. 267. num. 38.  
 Martinus in Anti-Jansenio fuisse ostendit omnia argumenta, que ex lesione libertatis, vel insufficientia auxilii sufficientis hinc solent contra gratiam de se efficacem, & physice predestinantem, militare contra gratiam congruam, quam Suarez, Valquez, & alii admittunt, omnesque Societatis Theologi, ex practico, & decreto Claudi Aquavive, ejusdem Societatis Generalis, docere tenentur. Ibid. p. 278. n. 126. & seqq.  
 Gratia efficaci possunt ponere obicem ex viribus liberi arbitrii, non tamen ad illius receptionem nos disponere. Ib. p. 280. n. 148.  
 Leo Papa serm. 8. de Epiphania: *Hec sancti causa est remota, argue merendi, ne ipse in operibus pietatis elati, deserantur spe gratie, & remaneant in infirmitate nature.* Ib. n. 145. Omni-

Omnibus veraciter humilibus habenda semper pre oculis est hæc Richardi Victorini sententia: *Gratia quam semel homo accepit ante peccatum iusta subtrahi non potest, quoniam est prater meritum accepta, sine culpa tamen amittere non debet: nunc vultem omni bono potest subtrahi, quia nunquam potest homo sine culpa inveniri.* Ibid. n. 145.  
 Superbia & presumptio, ac in propriis viribus fiducia, maximum divine gratie ponunt obicem, ut eleganter declarat D. Bernardus. Ibid. n. 146.  
 Gratia moraliter excitans, & gratia physice preveniens, sunt veluti duo brachia Dei, animam complectentia, de quibus dicitur in Cantico: *Leva ejus sub capite meo, & dextera illius amplexabitur me.* Ibid. p. 182. n. 150.  
*Gratia sacramentalis.*  
 Gratia sacramentalis addit solum supra gratiam habitalem jus quoddam ad specialia auxilia que Deus confert his qui susceperunt Sacramenta, quando illis auxiliis opus habent in ordine ad proprium finem cujuslibet Sacramenti. Tomo 5. p. 43. num. 202.  
*Gratia Christi substantialis.*  
 Humanitas Christi Domini est gratia & sancta formaliter, per aliquod donum substantiale, a gratia habituali distinctum, nempe per gratiam unionis. T. 4. p. 349. n. 2.  
 Divinitas, prout a personalitate distincta virtualiter, sanctificat humanitatem Christi sanctitate substantiali. Ibidem pag. 351. num. 33.  
*Gratia Christi accidentalis, seu habitualis.*  
 Præter gratiam substantialem unionis fuit in anima Christi gratia accidentalis, seu habitualis, et insula ab initio sue conceptionis. Ibid. p. 354. n. 2. & seqq.  
 Gratia habitualis fuit necessaria in anima Christi, ad completam illius sanctificationem, & ut conaturaliter ad præsumptivum eliceret, & insuper, ut conaturaliter modum supernaturalem interiret. Ibid. n. 3. & seqq.  
 In Christo est plenitudo gratie, tam intensiva, quam extensiva, secundum potentiam Dei ordinariam, potest tamen esse major intensiva, de potentia Dei absoluta. Ibid. p. 368. num. 40. & sequentibus.  
*Gratia Christi capitalis.*  
 Christus, ut homo, est caput Ecclesie, subindeque omnium fidelium, etiam in mortali existentium, non tamen hæreticorum, cum illi sint extra Ecclesiam. Ibid. p. 372. n. 2. & seqq.  
 Christus, ut homo, est caput Angelorum, in eos tamen non insula gratiam, & gloriam essentialiter, sed duntaxat accidentaliter. Ibid. p. 375. n. 41. & seqq.  
*Gratitudo.*  
 Gratitudo est pars potentialis iustitie ad cuius manus pertinet beneficium ab alio accepto recognoscere, & pro eo aliquid beneficium rependere. nempe gratiarum actionem, obsequium, cultum, vel aliud beneficium. T. 4. p. 247. n. 6.  
 Tres sunt præcipui gradus gratitudinis, nempe beneficium agnoscere, & memoria tenere, ipsum declarare, beneficentem laudando, & gratias agendo, & factu seu rebus aliquid retribuere, pro loci, temporis, & aliarum circumstantiarum ratione. Ibidem.  
 De hac virtute eleganter D. Bernardus, qui etiam loquens de ingratitude, ait quod illa est *vultus vultus, sicens sibi fontem pietatis, rem misericordie, suam gratiam.* Ibid. p. 255. num. 12.  
 H.  
 Henoch & Helias.  
 Henoch asseratur vivus in Paradiso, ut extremo mundi & Antichristi tempore veniat, & omnibus penitentiam prædicet. Tomo 2. p. 318. n. 58.  
 Hieronymus Henoch & Heliam paradisi colonos appellat, Tertullianus *stermitatis candidiores*, quia corum status est veluti medius inter statum vitiorum & comprehensurum. Ibid. n. 61.  
 Utrum in Paradiso terrestri degentes, de facto mereantur? Vide Tomo 4. p. 113. n. 35.  
 Henoch & Helias futuri sunt secundi Christi adventus præcursores, Apostoli & Martyres ejus gloriosi, qui, ut loquitur Tertullianus, Antichristum sanguine suo extinguunt. Ibid. n. 36.  
 Homo.  
 Cur mundo corpore jam condito & ornato, homo postremo loco productus sit? Tomo 2. p. 300. n. 1. ubi egregie ex SS. Patribus asseruntur rationes.  
 Ingens hominis prerogativa & excellentie insinuat, his verbis Domini Genes. 2. *Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram, & præsit piscibus maris, &c.* Ibid. num. 3. & sequenti.  
 Cur Deus tam vilem materiam, qualis est limus terre, in productione hominis adhiberit? Ibid. p. 302. n. 9.  
 Cur Deus in creatione & infusione anime hominis, usus est verbo *inspiravit*, & *insufflavit*? Ibid. n. 10.  
 Primus homo creatus fuit a Deo perfectus secundum ætatem, & quantum ad molem seu magnitudinem corporis. Ibidem num. 11.  
 Extra Paradisum terrestrem productus fuit. Ibid. n. 12. Cur autem Deus voluerit ipsum creare in Paradiso? egregie, ibidem p. 301. n. 62. assignantur rationes.  
 Nazianzenus Orat. 48. hominem vocat *æternum Angelum, mixtum adorantem, visibili creaturam spectantem, mixtam intelligibilem ætatem, qua in terra sunt, Regem, terrenum pariter ac celestem.* Ibidem p. 301. num. 2.

Tertullianus existimat, Deum ab initio, in formatione hominis, & unione anime spiritualis cum corpore, ex limo terre formatum, Divini Verbi Incarnationem præfigurare voluisse: *Quodcumque enim (inquit) limus exprimebatur, Christus cogitatur homo futurus.* Ibid. p. 302. n. 9.  
*Novæ Canonica.*  
 Falla est quorundam Casuistarum sententia asserentis in recentis Horis canonicis sufficere attentionem externam, & non requiri internam; subindeque quemlibet posse voluntarie distrahi. Tomo 3. in dissertatione de probabilitate, p. 178. n. 87.  
*Horologium.*  
 Horologia, juxta Caramuelem, habent vim opinionis probabilis, & tamen idem Auctor in Theologia fundamentalis Tomo 2. num. 374. ait, horologia ferè omnia concepta esse in originali peccato, subindeque aQualis necessario committere. Tomo 3. in dissertatione de probabilitate, p. 179. n. 90.  
*Humilitas.*  
 Humilitas est virtus, qua quis considerans suum defectum, tenet se in infimis, secundum modum suum. Vel, ut ait D. Bernardus, *virtus qua quis verissima sui cognitione sibi ipsi vilescit.* Tomo 4. p. 252. n. 25.  
 Humilitas, & magnanimitas inter se distinguuntur, licet enim habeant cohibere affectum hominis, ne inordinate tendat in excelsa; diversimode tamen id præstant. Ibidem p. 253. n. 26.  
 Differunt etiam inter se humilitas & religio, licet magnam habeant ad invicem similitudinem & affinitatem. Ibid. n. 27.  
 Variæ ejusdem virtutis prerogative & excellentie. Ibid. num. 28. & p. 247. n. 29. ex SS. Patribus recensentur.  
 Humilitas est signum prædestinationis. T. 2. p. 44. n. 32.  
*Hypocritis.*  
 Chyrolologus loquens de hypocritis, ait: *Crudelis arte virtutes necas mucrone virtutum, jesumque jesum perimit, orationem oratione vacuat, misericordiam miseratione proferunt.* Tomo 3. pag. 147. num. 24.  
 I.  
 Jacob.  
 Jacob non est mentitus, cum dixit Patri: *Ego sum primogenitus tuus Esau;* tum quia primogenitus illius est de jure debentur, & sic se appellabat Esau, non in persona, sed in jure; sicut Joannes dicitur esse Elias, non in persona, sed in spiritu; tum etiam, quia loquebatur prophetice, & in sensu mystico, ut scilicet designaret, quod minor populus, scilicet Gentilium, substituendus erat loco majoris, nempe Judæorum. Tomo 3. p. 159. num. 20.  
 Jacob & Esau fuerunt typus & figura omnium prædestinatorum, & reproborum; unde quavis hæc verba Malachiæ: *Jacob dilexi, Esau autem odio habui;* ad litteram intelligatur de electione & repulsa a bonis temporalibus, tamen in sensu mystico & spirituali intelligatur ab Apostolo ad Roman. 9. de electione ad gloriam, & reprobatione seu exclusione ab illa. T. 2. pag. 48. n. 27.  
 Idea Divina.  
 Dari in mente divina Ideas seu exemplaria creaturarum, Scriptura & SS. Patres manifeste declarant, ratiocque multiplex demonstrat. Tomo 1. p. 217. n. 9. & seqq.  
 Essentia divina, cognita a Deo ut imitabilis a creaturis, habet rationem ideæ, non vero ut gerit vices intellectioalis, aut speciei & formæ intelligibilis. Ibid. p. 218. n. 25.  
 Quarum rerum Deus habet ideas. Ibid. p. 222. n. 66. & seqq. explicatur.  
 De illis elegantè differunt Augustinus lib. 1. Confessionum, c. 6. & lib. 72. de civitate, Seneca Epistol. 67. Boetius lib. 3. de consolator. & Dionysius Carthusianus lib. de Dei laudibus, quorum verba referuntur. Ibid. p. 217. n. 10. & seqq.  
 Celebre est etiam dictum illud Platoni asserentis, illum, qui ideas contemplantur, dictarum esse Deum inter homines, ut refertur in fine præfationis Tractatus de essentia Dei, p. 123.  
*Jesumum.*  
 Variæ circa legem jesumum novorum Casuistarum laxitates referuntur ac reselluntur. Tomo 3. in Tractatu de probabilitate, pag. 184. num. 126.  
 Ignorantia.  
 Ignorantia antecedens causat involuntarium simpliciter; ignorantia consequens, voluntarium simpliciter, & involuntarium secundum quid; ignorantia vero concomitans, neque causat voluntarium, neque involuntarium, sed non voluntarium. T. 3. pag. 70. n. 131. & seqq.  
 Multiplex ignorantia divisa. Eodem Tomo pag. 258. num. 2. & seqq.  
 Ignorantia est causa peccati, non directè, & per se, sed per accidens & indirectè, seu ut removens prohibens effectum. Ibidem num. 5.  
 Ignorantia invincibilis & antecedens, non est causa peccati, sed ab illo excusata. Ibid. & suffus in Tractatu de probabilitate, p. 196. n. 217. & seqq.  
 Quomodo dari possit ignorantia invincibilis juris naturalis. p. 335. n. 44. & seqq.  
*Imperium, seu actus imperii.*  
 Imperium non est solum constitutum in hominibus, respectu aliorum sibi inferiorum & subditorum, sed etiam in quolibet, respectu sui ipsius, suarumque operationum. Tomo 3. p. 125. num. 36.  
 Imperium est substantialiter actus intellectus, præsupponit tamen necessario actus voluntatis, Ibid. p. 127. n. 58.  
 Quiniam



Quinam actus subdantur imperio rationis: Vide Ibidem pag. 129. num. 83. & seq.

Præter iudicium regulans electionem, constitutum est in Deo imperium regulans usum & executionem. Tomo 2. p. 5. n. 32.

Potentia executiva Dei, quæ est ejus scientia practica, omnia ad extra producit per actum imperii formaliter immanentem & virtualiter transcendentem; juxta illud Psalmi 148. *Iste dixit, & facta sunt; iste mandavit, & creata sunt.* Tomo 1. p. 146. num. 95.

**Incarnatio.**

Quid Incarnationis nomine significatur? Tomo 4. p. 260. n. 1.

Varij hæreticorum errores circa Incarnationis mysterium. Ibid. num. 2. & seq.

Judæorum error exilluminatum Messiam nondum venisse, testimonij veteris testamenti confutatur. Ibid. p. 262. n. 16.

Possibilitas Incarnationis suadet, & argumenta, quæ contra illam fieri solent, diluuntur. Ibid. p. 263. n. 1. & seq.

Verbum divinum per Incarnationem non solum non est intrinsecè mutatum, sed nec etiam innovatum. Ibidem pag. 266. n. 28. & seq.

Possibilitas Incarnationis solo lumine naturali cognosci nequit. Ibid. p. 268. n. 33.

Mysterium Incarnationis Deo, homini, totique universo fuit convenientissimum. In eodem Tomo. p. 270. n. 1. & seq. ubi variè, & egregiè Incarnationis convenientiæ declarantur.

Tres mixturæ factæ in mysterio Incarnationis. Ibidem pag. 271. num. 7.

Christus per Incarnationem quomodo crescere juvenit. Ibidem p. 271. n. 11.

Splendor divinitatis per mysterium Incarnationis temperatur, & nostræ naturæ claritas augetur; ideoque tale mysterium per electionem, quod fit ex mixtura auri & argenti, apud Ezechielem representatur, ut eleganter declarat D. Gregorius. Ibid. n. 12.

Incarnatio significatur per osculum, quod est præcipuum amoris & benevolentie signum, ut tradit D. Bernard. serm. 1. in Cantica. Ibid. num. 17.

Zeno Veronensis ait quod in caelesti Zodiaco Virgineam excipit libra, ut nosceremus per Christum ex Virgine adventum, adventum esse justitiam. Ibid. n. 16.

Mysterium Incarnationis figuratum fuit per mysticam illam scalam, in qua Jacob vidit Angelos ascendentes & descendentes. Ibidem p. 273. n. 19.

Ante Incarnationem Angeli præstantur se ab hominibus adorari, sed post Incarnationem hoc nolant permittere, quia vident naturam hominis Dei Filio hypostatice unitam, & ad tantum celsitudinis gradum erectam, ut quo alius ardeat non habeat. Ibidem.

Per Incarnationem homines in ordine gratiæ habent caput homogeneum, & ejusdem naturæ, a quo omnium gratiarum charismata in membra descendunt. Ibid. p. 273. n. 20.

Per Incarnationem Deus dedit nobis perfectum exemplar omnium virtutum, & præclarissimum speculum, ut egregie declarat D. Bernardus, & Drogo Ollentius. Ibid. n. 21.

Christus fideus est homo, ut homo haberet in Deo unde fieri posset plene beatus; in anima, videndo Christi Divinitatem, in corpore, videndo ejus humanitatem; sicque tota hominis conditio esset ad Christum. Ibid. n. 22.

Per Incarnationem non solum motum, sed etiam facilitatem ipsam amandi, nobis Deus præbuit. Ibid. p. 274. n. 26.

Convenientius fuit Filium incarnari, quam Patrem, vel Spiritum Sanctum, & naturam humanam potius quam angelicam ab illo assumi. Ibid. p. 274. n. 31. & seq.

Incarnatio convenienti tempore facta fuit. Ibidem pag. 275. n. 36. & seq.

Nulla pura creatura potest condigne satisfacere pro culpa mortali propria, vel aliena, subindeque necessarium fuit Deum incarnari, ad exhibendam Deo condignam satisfactionem. Ibid. p. 276. n. 2. & seq.

Ex vi præsentis decreti, Verbum Divinum carnem humanam non assumpsit, si homo non peccasset. Ibidem pag. 291. num. 3. & seq.

Solo existente peccato originali venisset Christus ex vi præsentis decreti, non vero existentibus solis peccatis actualibus. Ibidem p. 297. n. 72. & seq.

Unio Verbi Divini cum humanitate, non est facta in natura, sed in persona. Ibid. p. 298. n. 3. & seq.

Verbum unum humanitati sine ullo prolixo medio aut modo ab extremis modaliter distincto. Ibid. p. 302. n. 46. & seq.

Assumptio humanæ naturæ ad personam Verbi, creatio anime Christi, & productio humanitatis, sunt actiones realiter inter se distinctæ. Ibid. p. 305. n. 77. & seq.

Terminus totalis actionis univæ Dei, est Christus, seu persona composita ex humana, & divina natura; terminus vero formalis, est ipse Verbi Divini substantia, ut communicata humanitati. Ibid. p. 306. n. 91. & seq.

Unio hypostatice, ex parte extremorum, quæ unitatem, non est maxima omnium unionum; bene tamen ex parte mediæ in quo unitur. Ibid. p. 307. n. 105. & seq.

E. Virgo non fuit elevata a Deo tanquam instrumentum ad conjugendam hypostatice humanitatem Verbo Divino. Ibidem p. 308. n. 2. & seq.

Christus per opera prioritate temporis, vel naturæ præcedentia, Incarnationem non meruit, immo nec eam mereri potuit per opera subsequencia, vel prioritate naturæ antecedentia; potuit tamen de potentia absoluta eam mereri de congruo per opera prioritate temporis antecedentia; potuit enim humanitas Christi prius tempore quam uniretur Verbo produci, & in suppo-

sito sibi conaturali subsistere, sicque subsistens, opus supernaturaliter elicere, ordinatum ad Incarnationem merendam. Ibid. p. 310. num. 14. & seq.

Christus non meruit suæ Incarnationis continuationem, nec Beata Virginitatem materiam, hoc est ex Beatissima Virgine concepti & nati, nec alias circumstantias Incarnationem antecedentes, vel concomitantes, bene tamen consequentes, ut Pastorem & Magorum adorationem, apparitionem illæ &c. Meruit etiam unionem suæ humanitatis ad Verbum, quæ fuit facta in resurrectione. Ibid. p. 313. n. 41. & seq.

SS. Patres qui Incarnatione præcesserunt, eam de condigno mereri non poterunt; eam tamen de congruo, quantum ad substantiam, & quantum ad accelerationem, aliaque circumstantias meruerunt. Ibid. p. 315. n. 61. & seq.

Beata Virgo, nec meruit, nec mereri potuit de condigno, ut esset Mater Dei, bene tamen de congruo. Ibid. p. 317. n. 84. & seq.

Verbum divinum terminatur primariè & immediate humanitatem per substantiam personalem & relativam; secundario vero & mediè, per substantiam communem & absolutam. Ibidem p. 319. n. 9. & seq.

Verbum non solum subsistentiam, sed etiam existentiam in humanitate Christi supplet; subindeque illa non per existentiam creatam & sibi propriam, sed dumtaxat per divinam & increatam existit. Ibid. p. 321. n. 34. & seq.

Deus, ut communis tribus personis, ratione subsistentiæ absolute, potest alienam naturam assumere illicque immediate uniri, subsistentiæ relativæ cum solum secundario terminantibus. Ibidem p. 324. n. 59. & seq.

Plures persone divine possunt unam naturam assumere, & contra una persona Divina plures naturas. In utroque tamen casu non essent plures homines, sed unus homo. Ibidem pag. 326. n. 78. & seq.

Non potest etiam supernaturaliter, sive de potentia absoluta, persona creata, vel creabilis, alienam naturam terminare. Ibidem p. 329. n. 115.

Natura angelica assumptibilis est a persona divina. Ibid. p. 332. num. 3.

Natura etiam irrationalis completa, potest de potentia absoluta uniri hypostatice Deo, & ab ipso assumi in unitatem suppositi. Ibid. num. 8.

Implicat materiam primam assumi ad divinam subsistentiam, sine forma substantiali; anima tamen rationalis a corpore separata, est unibilis Deo, & ab ipso assumptibilis. Ibid. p. 332. n. 37. & seq.

Partes integrales, puta caput, manus, brachium, quando sunt inter se & toti composito unitæ, non possunt assumi, nisi assumatur compositum, si tamen separatur a toto, possunt assumi, etiam illo non assumpto. Ibid. p. 335. n. 51. & seq.

Nullum accidens est immediate assumptibile ad personalitatem, seu subsistentiam divinam; non implicat tamen accidens unum immediate cum existentia divina. Ibid. p. 337. n. 73.

Natura creata, subsistens in propria persona, propria personalitate remota, non potest, etiam de absoluta potentia, uniri personæ divine, & per illius subsistentiam subsistere. Ibid. p. 338. num. 92. & seq.

Hæc propositio (*Deus assumptio hominem*) in rigore, & proprietate sermone, non est vera. Ibid. p. 340. n. 109.

Humanitas Christi, actu unita Verbo, non habet inclinationem seu appetitum innatum, per modum actus secundi, ad propriam personalitatem. Ibid. n. 116.

Sanguis corporis Christi, non quidem pure nutrimentalis, sed naturalis, hypostatice Verbo Divino unitus est, sive ad ejus subsistentiam assumptus. Idem dicendum de aliis humoribus, & de spiritibus vitalibus, & animalibus, nec non de dentibus, unguibus, & capillis. Ibid. p. 343. & seq.

Sanguis Christi non solum dum esset in corpore Christi viventis, sed etiam in triduo mortis, in quo manit separatus a corpore, fuit hypostatice unitus Verbo Divino. Ibid. p. 345. n. 161.

Ordine executionis prius natura assumpta sunt a Verbo partes humanitatis, quam tota humanitas, & anima prius natura quam corpus. Ibid. pag. 346. n. 3.

Gratia habitualis in anima Christi existens, non habuit rationem mediæ, seu dispositionis physice, ad moralis ad unionem hypostatice cum Verbo, potest tamen dici mediæ congruentiæ respectu hujus unionis. Ibid. p. 348. n. 18.

**Inferna.**

Error Origenis assentens poenas damnatorum non esse in æternam duraturas, sed per misericordiam Dei tandem aliquando finendas, impugnatur. Tomo 3. p. 191. n. 97.

Ignis formæ Babylonice, quadraginta novem cubitos supra fornacem accendebat, nunquam tamen ad quinque cubitos, qui est annus Jubilæi, perveniebat, ut per hoc significaretur, ignis tunc combuissent fore perpetuam, & damnatos nunquam veniam seu indulgentiam peccatorum consecuturos. Ibidem num. 97.

D. Cyprinus eleganter poenas inferni describit serm. de Ascensione, sicut & D. Gregorius lib. 15. Moralium. Ibidem p. 292. num. 8.

Propheta Regis loquens de damnatis ait: *Mors depascet eos, non enim mors eos eradicabit, vitam ex toto auferendo, sed depascet, conservando radicem vite, ut iterum pullent, iterum, & iterum, atque in æternam depascendi.* Unde Bernardus: *Mors depascet eos, quia semper morientur ad vitam, & semper vivunt ad mortem.* Ibid.

Hægo Victorinus lib. 4. de anima, sic infernum describit: *Infernum profundum sine fundo, ubi nulla spes boni, & nulla de speratio mali.* Ibidem.

**Intentio.**

Intentio est actus voluntatis, licet præsupponat actum intellectus. Eius objectum formale est finis, tam ultimus, quam non ultimus, ut per media obtinendum. Tomo 3. pag. 115. n. 1. & seq.

*Bæser nihil consuevit anima suæ intentionis suæ, nam sicut fabrica colorum, columnæ autem habent similitudinem, ita vita nostra in virtutibus, virtutes vero in intima intentione subsistunt.* Gregorius in Moralibus. Ibid. n. 7.

*Factus anima est mens intentio, quia sicut ex facie pulchritudo corporis existit, ita & rectitudo operis ex mens intentione.* Bernardus. Ibid.

Mens intentio lucernæ & oculo a Christo comparatur: quia sicut a luce omnia decorantur & ornantur, ita (inquit Gregorius) per bonæ intentionis radium, merita illustrantur animæ. Et sicut oculo pes, manus, & cetera corporis membra reguntur, eorumque externi motus, quo debent tendere diriguntur, sic intentio, veluti anima oculorum, humanos actus in ultimum finem ordinat, a quo mala intentione deserviunt. Unde Gilbertus in Cantica: *Si plures habes oculos, sagittarum exemplo, omnes alios claudes, hoc uno utaris, quod solum elicitur vultus intueri.* Ibid.

An, & quæ intentio ad valorem Sacramenti requiratur. Vide Tomo 5. p. 86. n. 15. & seq.

**Iracundia.**

Iracundia est excessus iræ, & immodicus appetitus vindictæ. De hoc vicio eleganter dixerunt Cassianus & Seneca. Tomo 4. p. 256. n. 31. & 32.

In Deo non est proprie ira, sed metaphorice tantum. Tomo 1. p. 292. n. 38.

**Juramentum.**

Juramentum est attestatio divini Numinis, vel invocatio divini testimonij, ad fidei faciendam, promissionemve firmandam. Tomo 4. pag. 246. n. 24.

Ut juramentum religiosum fiat, tria habere debet, veritatem, justitiam, iudicium, secundum illud Ieremias: *Vicij Dominum, in veritate, & in iudicio, & in justitia.* Veritas requiritur, quia Deus nonniis verum potest testificari. Justitia, quia non vult suo testimonio alicui iniuste noceri. Iudicium, quia Dei testificatio irreligiose adducitur de re admodum levi, vel ubi nulla est necessitas. Ibid.

Falsa & erronea est Tamburini sententia, assentens licitum esse inducere testem ad jurandum falsum, quod jurans quidem putat esse verum, ipse vero inducens scit esse falsum. Tomo 3. in dissertatione de probabilitate. p. 180. n. 91. & seq.

**Jus.**

Jus multipliciter dividitur. Tomo 4. p. 241. n. 2.

Jus gentium dicitur illud, quod est omnium gentibus bene institutum commune, & eorum consensu vel saltem usu inductum. Ibid. num. 3.

Jus gentium continetur sub jure positivo humano, quamvis aliquod participet de jure naturali. Ibid.

Divisio librorum juris Canonici & Civilis. Tomo 3. pag. 325. num. 73.

**Justitia.**

Justitia est perpetua & constantis voluntas jus suum unicuique tribuens. Duæ sunt partes integrales illius, scilicet boni operatio, & mali vitatio. Partes vero subjectivæ, seu illius species, sunt tres, nempe justitia commutativa, distributiva, & legalis. Denique partes illius potentiales sunt novem, nimirum religio, penitentia, pietas, observantia, gratitudo, vindictiva, veritas, amicitia, & liberalitas. Tomo 4. p. 241. n. 1. & seq.

Aristoteles 5. Ethic. cap. 1. ait: *Præclarissima virtutum est justitia, & neque Hesperus, neque Lucifer, ita admirabilis.* De illa vero dicit Ambrosius: *Hæc virtus publicis est, alij nata, non sibi; foris oritur, & quidquid habet quendam inclementiam sui; ita non rapitur amore communitatis, transfundit in proximos.*

De illa etiam eleganter dixerit Ribadeneira lib. 2. de Principe Christiano. Ibid.

Justitia a Porphyrio vocatur *virtutum omnium obsequium*, quia sicut famæ ciborum omnium condimentum est, ita justitia omnibus virtutibus gratiam atque saporem conciliat. Ibid.

Justitia a D. Ambrosio Euphrati comparatur: *Euphrates enim (inquit) sacanditas neque abundantia fructuum nuncupatur, præferens quiddam iniquæ justitiæ, quæ omnem præsit animam. Nulla enim virtutum letiores videtur habere fructus, quam justitia, quæ magis aliis quam sibi prædesti, & utilitates suas negligit, communia emolumenta proponens.* Ibid. p. 242. n. 9.

**Justitia divina.**

In Deo non datur justitia commutativa, bene tamen distributiva, & vindictiva. Tomo 1. p. 294. n. 7. & seq.

De hoc attributo eleganter dicitur Terullianus lib. 2. contra Marcionem cap. 12. & 13. *A primordio (inquit) Creator ipse bonus quam justus, partemque utrumque præstitit. bonitas ejus operata est mundum, justitia modulata est, &c.* Et rursus: *Justitia Dei est plenitudo divinitatis ipsius exhibens Deum perfectum, & Patrem, & Dominum. Patrem clementiam. Dominum disciplinam. Patrem potestatem blandam, Dominum severam. Patrem diligendum pie, Dominum timendum necessario.* Ubi notanda sunt verba illa: *Justitia modulata est*, his enim innuitur, quod sicut musica diversos tonos & cantus ordinat, & ad debitum numerum ac proportionem reducit: ita & justitia Dei in creatione mundi omnes creaturas ad debitum ordinem & consonantiam redigere, dando unicuique quod suum est, & faciendum omnia in numero, pondere, & mensura. Unde ibidem addit Terullianus: *Omnia aut bonitas concepit, ita justitia distinxit.* Ibid. p. 295. n. 1.

**Justificatio peccatoris.**

In justificatione peccatoris vere & proprie remittuntur peccata, & non solum justitia Christi reguntur, vel occultantur. Tomo 4. p. 87. n. 2. & seq.

Causa formalis nostræ justificationis non est justitia Dei vel Christi nobis imputata, sed realis & interna quedam justitia, per quam interior renovamur & sanctificamur, atque omnibus peccatorum fordibus realiter mundamur. Ibid. p. 89. n. 13. & seq.

Actus contritionis vel caritatis non sunt neque esse possunt causa formalis justificationis, sed si soli gratiæ habituali competit. Ibid. p. 91. n. 43. & seq.

Non potest homo, etiam de potentia extraordinaria perfecte & complete justificari, per solum externum favorem Dei; sed necessario requiritur infusio alicujus forme supernaturalis, tollentis maculam peccati, per in statu elevationis nature humanæ ad ordinem supernaturalem, non potest esse alia quam gratia habitualis. Ibid. p. 93. n. 59. & seq.

Tanta est inter gratiam habitualem, & peccatum mortale, tum actuale, tum habituale, pugna, ut ne divina dignitas virtute in eodem subiecto simul esse possit. Ibid. p. 98. n. 115. & seq.

Quæ dispositiones ad justificationem adulti requirantur, explicatur. p. 101. n. 145. & seq.

Per absolutam Dei potentiam adultus justificari potest, sine ullo motu liberi arbitrij in peccatum. Ibid. p. 104. n. 176.

Actus contritionis & caritatis ad gratiam justificationem ultimo disponentes, procedunt ab illa ut a principio radicali vite supernaturalis, non vero ab aliquo auxilio ab ea realiter dispendente. Ibid. n. 182.

Licet communiter justificatio fiat in tempore, & in ea procedatur de imperfecto ad perfectum, per se tamen non requiritur tempus, sed potest unico instanti fieri, necesse enim tarda molimina Spiritus Sancti gratia. Ibid. p. 108. n. 225.

Licet justificatio non sit actio miraculosa, est tamen mirabilis, & præcipuum opus divinitus omnipotentis. Ibid. p. 109. n. 229.

Mirabilia quæ sunt in justificatione peccatoris ibid. recensentur, & varia Sanctorum Patrum testimonia referuntur. Item ibid. n. 231. quatuor causæ nostræ justificationis explicantur.

**Lex.**

Hoc nomen lex, vel a legendo, vel a ligando dicitur. Tomo 3. p. 219. n. 11.

Existentia, seu necessitas legum declaratur. Ibid. n. 4.

Lex præsupponit actum voluntatis, sed constituit formaliter in actu intellectus, nimirum in actu imperij, seu potius in aliquo per ipsum constituto. Ibid. p. 219. n. 6. & seq.

De ratione legis est quod ad commune bonum ordinatur, quod sit perpetua, & quod pro communitate feratur. Ibid. p. 324. num. 24.

Explicantur differentie, quæ inter legem, præceptum, sententiam, & privilegium reperiuntur. Ibid. p. 323. n. 3.

Apud quos potestas legislativa resideat. Ibid. n. 44. & seq. explicatur.

De ratione legis est quod ad commune bonum ordinatur, quod sit perpetua, & quod pro communitate feratur. Ibid. p. 321. num. 24.

Explicantur differentie, quæ inter legem, præceptum, sententiam & privilegium reperiuntur. Ibid. p. 323. n. 3.

Apud quos potestas legislativa resideat, ibid. num. 44. & seq. explicatur.

Ut lex obliget in actu secundo, aequalis ejus promulgatio necessario requiritur; illa tamen non est de officio legis, aut ratio formalis, sed dumtaxat conditio essentialis requisita, ut actualiter obliget sibi subditos. Ibid. p. 324. n. 55. & seq.

Lex sic recte definitur a D. Thoma: *Lex est quædam rationis ordinatio ad bonum commune ab eo, qui curam communitatis habet, promulgata.* Ibid. p. 325. n. 69.

Legis divitio. Ibid. p. 325. n. 70. explicatur.

Lex æterna ponenda est in Deo, quæ nihil aliud est, quam ratio divina sapientia existens in Deo ab æterno, secundum quod est directiva omnium actuum & motionum creaturarum, in ordine ad bonum commune totius universi. Ibid. p. 327. num. 1. & seq.

Quomodo lex æterna differat ab idea & providentia, ibid. p. 327. n. 6. & seq. explicatur.

Universæ leges, ab æterna, ut rivuli a fonte prominent, juxta illud Proverb. 8. *Per me Reges regnant, & legum conditores justis discernunt.* Ibid. n. 9.

Lex æterna est vere & proprie lex, quæ creaturis intellectualibus promulgatur per impressionem luminis rationis; creaturis vero ratione carentibus, per impressionem inclinationis & intellectus naturalis. Ibid. p. 328. n. 14. & seq.

Datur in nobis lex naturalis, quæ consistit in actu imperij ad ea quæ tali lege præscripta sunt obligantis. Ibid. p. 330. num. 1. & seq.

Hæc tria, lex naturæ, conscientia, & synderesis distinguuntur. Ibid. p. 332. n. 23.

Omnia præcepta Decalogi pertinent ad legem naturalem, excepto tertio de sanctificatione sabbati, quod quantum ad terminationem temporis, est legis diviniæ positivæ & scriptæ. Ibid. pag. 332. n. 27. & seq.

Præter legem naturalem & divinam, adhuc necessariæ sunt leges humanæ. Ibid. p. 339. n. 1.

Lex humana est ordinatio rationis humanæ ad bonum commune, ab eo, qui curam communitatis habet, sufficienter promulgata. Ibid. n. 3.



Conditiones & qualitates legis humane, ad Iſidoro deſcriptæ. Ibid. p. 340. num. 5. & ſeq.

Qualitas promulgationem requirit lex humana, ut obliget. Ibid. p. 341. num. 17. & ſeq. declaratur.

Lex humana obliget, non requiritur conſenſus, ſeu acceptio populi, ſed ea, ſi juſta ſit, & legitime promulgata, obligat ſubditos, etiam diſſidentes & repugnantes. Ibidem pag. 342. num. 29.

Lex humana non poteſt obligare ad adus internos, qui per exteriores non manifeſtantur, nec cum illis aliquam connectionem habent; bene tamen ad adus externos, qui per ſe ſunt cauſæ exteriorum, illos ſufficienter manifeſtantium; immo & ad adus internos, qui per ſe ſunt cauſæ in genere moris, ſaltem ut conditiones neceſſarias, quoniam per exteriores non manifeſtantur. Ibid. p. 344. num. 3. & ſeq.

Leges humane, ſive Ecclèſiaſticae, ſive civiles, poſſunt ad culpam obligare, & neceſſitatem in foro conſcientiæ imponere. Ib. p. 345. num. 23. & ſeq.

Leges humane poſſunt obligare ad culpam mortalem, ſi materia ſit gravis, non vero, ſi materia levis ſit. Ibid. p. 347. n. 41. & ſeq.

Leges humane interdum obligant eum periculo & diſpendio vitæ, non tamen ſemper. Ibid. p. 348. num. 56. & ſeq.

Quinam vero legibus humanis reſtantur. Ibid. p. 350. n. 69. & ſeq. declaratur.

Dantur leges humane pure pœnales, illaque poſſunt obligare ante ſententiam iudicis ad quæcumque pœnam paſſivam ſeu privativam; ſecus vero ad pœnam activam, ſeu quæ ad ſui executionem aliquam rei actionem requirit. Ibidem pag. 371. num. 1. & ſeq.

An tranſgreſſor legis pœnalis tenetur in conſcientia ſubire pœnam legis poſt iudicis ſententiam? Ibid. p. 354. num. 33. & ſeq. declaratur.

Leges, quibus tributa imponuntur, non ſunt pure pœnales. Ibid. p. 355. num. 47.

Leges humane mutari & abrogari poſſunt, Idque tribus modis, primo per expreſſam revocationem Principis; ſecundo, per contradictionem nove legis priori repugnantis; tertio, per contrariam conſuetudinem. Ibid. p. 361. num. 20. & ſeq.

Lex Divina vetus, quæ a tempore Moysi, uſque ad Chriſti paſſionem, & mortem, inter Iſraëliſtas viguit, fuit bona, & laudata, atque utilis populo Judaico, non tamen perfectæ præſentia ſi comparatur cum lege nova. Ibid. pag. 362. num. 1. & p. 363. 364. n. 17. & 18.

Fuit data a Deo Moysi, per Angelos, & ab eodem promulgata. Ibid. p. 364. num. 28. & ſeq.

Triplex fuerunt præcepta legis Moſaice, moralia, ceremonialis, & judicialia. Ibid. p. 365. num. 33.

Lex Moſaica in ipſa Chriſti morte & reſurrectione ceſſavit. pag. 367. num. 60.

Non fuit tamen mortifera ſtatim atque ceſſavit obligare, ſed alio quo tempore, poſt illius abrogationem, fuit licitum ſervare illius præcepta ceremonialia, quævis non eſſet neceſſarium. Ibid. num. 70. & ſeq.

Chriſtus intulit novam legem, quæ triplicia continet præcepta, nempe moralia, sacramentalia, & fidei. Ibid. pag. 369. num. 7. & ſeq.

Quomodo lex nova diſerit a veteri. Ibid. p. 370. num. 12. & ſeq. explicatur.

*Libellus repudiij.*

Olim permiſſum fuit Judæis repudiare uxores, non ſolum impune, ſed etiam licite, ita ut eas repudiando non peccarent, Deo in lege naturæ diſpenſante, & matrimonium vinculum per legem repudiij diſſolvente. Tomo 5. p. 386. num. 28.

Forma huius libelli, ſeu verba in eo contenta, hæc erant; Ego Rabbi Simon, fili Rabbi Abraham, fili Rabbi David, fili Rabbi Simon, die prima menſis Februarii, anno a creatione mundi C. hic & in hac civitate, ex animi conſenſu, & ſua ſua coactione, repudiavi Rachel ſitam Rabbi Moſi, fili Rabbi Joſeph, fili Rabbi Jacob, & huius libelli repudiij in manu, ſchedam abſcripſi, & ſignatam diverſimodis, ut ſit a me abſcripta, & ab ea quæcumque voluerit, diverſimodis poſſit ab omni viro, nec eam quinquem prohibere præſumat juxta conſtitutionem Moysi & Iſraël. Ibid. p. 385. num. 20.

Repudiium non fuit licitum Gentilibus, ſed ſolis Hebræis, aliqui tamen excuſari poſſunt a culpa repudiij, ratione ignorantie invincibilis. Ibid. p. 386. num. 31.

ſtrictus qui inter Romanos anno circiter ab urbe condita 500. ſterilitatis cauſa uxori repudiium dedit (teſte Valerio Maximo) fuit Spurius Camillus, vel Corbilius, ſeu Corvinius; qui tamen repetitione dignus iudicatus eſt, quod cupiditate liberorum conjugalij fidei præſuſſet. Ib. num. 23.

*Libertas arbitrii.*

Multiplex libertatis diſſio. Tomo 3. p. 71. n. 150.

Varij circa liberum arbitrium hæreticorum errores. Ibidem num. 152.

Homo in ſtatu innocentie fuit libertate indifferentie. Ibidem pag. 73. num. 153.

Etiam in ſtatu nature lapſe gaudet libertate indifferentie. Ib. n. 156.

SS. Patres, ut voluntatis noſtræ indifferentiam explicent, eam comparant cardini verſatili, qui modo verſus Orientem, poſtea verſus Occidentem vergit. Ib. p. 73. n. 159.

Arbitrii libertas, juxta Bernardum, eſt plane quid divinum, præfulgens in anima, tanquam gemma in auro. Ibid.

Homo ad imaginem Dei dicitur conditus, quia libertate indifferentie fuit a Deo donatus. Ibid. num. 60.

Ut adus noſtri ſint laudabiles aut vituperabiles, meritorij, vel

demeritorij, non ſufficit ſpontaneitas, libertas a coactione, ſed requiritur libertas indifferentie. Quod adeo certum exiſtimat D. Thomas, ut dicat oppoſitum contrarij fidei, & omnia Philoſophia moraliſ principia ſubvertere. Auguſtinus etiam ait, hoc adeo eſſe notum & manifeſtum, ut illud contenti & in omnibus poſtore, & in Theſauris Poete, & indoliti in circulis, & doli in Bibliothecis, & Magiſtri in Scholis, & Anſiveri in Sacris locis, & in orbem terrarum genus humanum. p. 74. num. 170.

Ut adus ſint moraliter boni vel mali, meritorij, vel demeritorij, non requiritur neceſſario libertas contrarietatis ſeu ſpecificationis, ſed ſufficit libertas contradictionis ſeu exercitii. Ibid. num. 176.

Indifferentia contradictionis, ſeu poteſtas ad agendum vel non agendum, non ſolum pertinet ad ſtatum libertatis, ut eſt in nobis vitoribus, ſed etiam ingreditur eſſentiam & rationem formalem, non vero indifferentia ad bonum & malum; ſeu peccandi potentia. Ibid. p. 76. n. 186. & ſeq.

*Lucifer.*

Lucifer ſupremus fuit inter Angelos, unde Job 40. ſub typo Behemot, appellatur principium viarum Dei, quia nimirum, ut ait Gregorius, cum cunctis creatis ageret, hinc primam condidit, quem reliquis Angelis eminentiorem fecit. Quare etiam de illo ſub figura Regis Tyri dicitur; Cæri non fuerunt altiores illo in Paradiso Dei; Omne lignum Paradisi Dei, non eſt æſtimateum illo, & pulcherrimum eius; quoniam ſpecificum fecit eum in multis conſenſiſque fratribus. Tomo 2. p. 272. n. 183. ubi etiam lege egregia SS. Patrum teſtimonia.

Bernardus alloquitur Luciferem ſerm. 3. de verbis Iſaie, ſic ait: Bonum erat tibi, ſi ignifer magis eſſes quam Lucifer, nec tam immolato appetitu lucendi, ut eras frigidus ipſe, frigidam quoque eligeres rationem. Ibid. num. 184.

Gregorius lib. 32. Moral. explicans perfectiones quas Lucifer in ſua creatione acceperat, ſic ait; in medio ignitorum lapidum poſſeſſus ambulavit, quia inter Angelorum corda, caritatis igne ſuccenſa, claris gloria conditionis exiſtit. Quam bene extenſus, ac proteregit dicit, omne enim quod extenſi protegius, & obumbratus. Et quia comparatur claritati ſuæ, ceterorum claritatem obumbraviſſe creditur, ipſe extenſus & protegius fuiſſe perhibetur. Reliquis enim quæ obumbrando operit, qui eorum magnitudinem, excellentiam majori tranſcendit. Ibid. p. 248. num. 18.

*Lutherus.*

Lutherus diſtinctionem neceſſitatis conſequens & conſequente, qua utuntur Theologi ad conciliandum libertatem humanam cum divina providentia & prædeſtinatione, ut merum phantaſia, & inutile ſignamentum irridet. Tomo 1. in Apolog. Thomiſtarum. pag. 356. num. 47.

Lutherus variis in locis clare & aperte docet realem corporis & ſanguinis Chriſti ſub ſpeciebus Euchariſtici præſentiam. Et in libro de abroganda Miſſa, longam ait he habuiſſe diſputationem cum Demone, qui ſophiſticiſ argumentis contendebar, Chriſtum non addeſſe ſub ſacris ſpeciebus, a quo tamen, ut ipſe iſdem teſtatur, convinci non potuit. Tomo 5. pag. 124. num. 61.

*Lux.*

A luce omnis decor, venuſtas, & pulchritudo rebus accedit; ex hac ſyderum niſor, caliſplendor, terræ ornatus, coeliſque mundi forma & venuſtiſſima ſpecies; ideoque hanc Deus primam omnium creavit, ut ex ejuſ radiis cuncta pulchrefcerent; vel ut ait Hugo à S. Victore: Primam fecit lumen, ut cetera omnia poſſedum faceret in luce. Tomo 1. diſp. proœniali. p. 19. num. 100.

*Lumen gloria, vide Viſio beatifica.*

*Luxuria.*

Luxuria vitium capitale eſt, quia multa alia vitia ex illa oriuntur, propter vehementem delectationem eum qua conjunctione eſt, quare homines allicitur ad multa alia peccata perpetranda, aut in alia vitia incurunt. Tomo 4. pag. 256. n. 25.

Oſo ſunt vitia, quæ ortum ducunt a luxuria, & que ſunt veluti hujus miſere matris filie inſeruit, nimirum cæcitas mentis, inconfideratio, præcipitatio, inconfiderantia, amor, editum Dei, affectus præſentis ſæculi, & horror futuri. Quibus adjungit Iſidoro alia quatuor externa & ad locationem pertinentia, nempe turpilquæ, ſcurrilia, ſive leviter & inconfiderate dicta, ludæria ſeu ſæcra, & ſulliloquia. Ibid. n. 26.

Hoc vitium eleganter deſcribit Hieronymus in quadam Epitola, his verbis: Ignis infernalis eſt luxuria, cuius materia gula, cuius flamma ſuperbia, cuius ſcintilla pravus colloquia, cuius fumus inſaniam, cuius cinis immunditia, cuius ſinis generum. Ibid. num. 28.

*M.*

*Manſuetudo.*

Manſuetudo eſt virtus, quæ paſſionem ire ita componit & moderatur, ut non permittat eam exurgere, niſi cum oportet, & in ea menſura in qua fuerit neceſſarium. Tomo 4. p. 252. num. 21.

Manſuetudo diſtinguitur a clementia, licet enim utramque mitiget iram cuncta vindictam, ſub diverſa tamen ratione it præſtant, manſuetudo quidem, quatenus id decet animi ied dominantem; clementia vero, quatenus id conſentaneum eſt homini in poteſtate conſtituto. Unde manſuetudo communis eſt omnibus perſonis, clementia vero propria eſt Superiorum & Iudicum. Ibid. num. 22.

Mar-

*Martyrium.*

Martyrium eſt præſtantiffimus actus fortitudinis. Tomo 4. p. 249. num. 5.

Parvulus & adultus eſe opere operato juſtificare poteſt. Tomo 5. p. 83. n. 144. & ſeq.

Martyrium non eſt novæ legis ſacramentum, cum non ſit a Chriſto inſtitutum, ut homo via ordinaria eo ſui poſſit in ſuam utilitatem & ſanctificationem. Ibid. p. 84. n. 160.

Mors ex peſte in obſequium languentium oppetita, non eſt verum & proprie dictum martyrium, ut contendit Theophylus Raynaudus in libro, quem edidit de martyrio per peſtem, qui idcirco juſtiffime a ſacra Inquiſitione Romana anno 1647. damnatus eſt. Ibid. p. 85. n. 170. & ſeq.

*Macula peccati, vide peccatum habituale.*

*Mater Dei.*

Humanitas Chriſti eſt hoc quod eſt unita Deo, & beatitudo creata ex hoc quod eſt fructu Dei, & B. Virgo ex hoc quod eſt mater Dei, habent quædam dignitates inſinitam ex bono finito quod eſt Deus, & ex hac parte non poteſt aliquid fieri melius eſt, ſicut non poteſt aliquid melius eſſe Deo. Tomo 4. p. 271. n. 7.

Unum ex præcipuis ſignis prædeſtinationis eſt devotio ſingularis erga Sanctiſſimam Virginem, quæ eſt veluti via lætæ, qua electi pergant ad Regis cœleſtis palatium, & myſtica ſcala Jacob, per quam Deus deſcendit in terram, & homo aſcendit in cœlum. Tomo 2. p. 44. n. 33.

*Maria Magdalena.*

Petrus Damianus ſerm. 5. de S. Bonifacio, hæc ait de S. Magdalena: Stipula caritatis in momento cœliſque eſt paradifiſ, & terra inferni ſæculi eſt ſplendendum Sydas eſti. Tomo 4. p. 109. n. 230.

Stephanus Cantuarienſis apud Timanum in allegoriis, ait B. Magdalenam eſſe mirabilem illum arcum quem Deus poſuit in nubibus, ut ſignum eſt fœderis, quod cum hominibus inierat, Sicut enim (inquit) arcus ſit ex reſpercuſſione radiorum Solis, & nube rorida; ita Chriſtus verus Sol juſtitiæ, reſpiciens Magdalenam, veluti nubem roridam, eam velut ſacram ſtridem, variatum virtutum coloribus decoravit, & in lacrymarum imbrem reſolvit. Ibid.

*Matrimonium.*

Matrimonium vocatur conjugium, eo quod duo ſui eodem veluti iugo ſocietatis perpetue conjungat. Dicitur etiam connubium a velo, quo ex antiqua ceremoniam teguntur virgines & obumbrantur, quando maritis traduntur. Tomo 5. pag. 344. num. 1.

Formaliter conſiſtit in vinculo illo, quo conjuges uniti ſunt, reſultante ex mutua eorum obligatione, ſeu ex mutuo jure & poteſtate, quæ ex mutua traditione uterque conſux habet in corpus alterius. Ibid. p. 344. n. 3.

Matrimonium non ſolum eſt ex inclinatione & inſtinctu nature, ſed etiam cadit ſub præcepto, ſed naturali. Ibid. p. 345. & ſeq.

Polygamia ſeu uxorum pluralitas, eſt contra legem naturæ; non tamen directe ſini primario Matrimonio, ſed ſecundario tantum adverſatur. Ibid. p. 347. n. 42.

Matrimonium eſt vere & proprie Sacramentum, ſeu ſignum practicum & efficaciæ gratiæ ſanctificantis. Ibid. p. 350. n. 5.

Eſt etiam Sacramentum, quando inter abſentes per procuratores, vel per litteras contrahitur. Ibid. p. 351. n. 25. & ſeq.

Minifter hujus Sacramenti ſunt ipſi contrahentes, non vero Sacerdotes ipſos benedicentes, & hæc verba, Ego conjungo vos, proferens. Verba autem & ſigna conjugum, quibus mutuum conſenſum expriment, ſunt ſibi invicem materia & forma. Ibid. p. 357. n. 67. & ſeq.

Copula conjugalij non eſt de eſſentia Matrimonii. Ibid. p. 391. num. 121.

Secundum legem nature Matrimonium indiſſolubile eſt, quamvis poſt conſummationem, majorem jure naturali habeat indiſſolubilitatem. Ibid. p. 379. n. 4.

Per adulterium alterius conjugis non diſſolvitur quoad vinculum, bene tamen per votum ſollemne Religioſis, idque jure nature. Ibid. p. 386. n. 45. & ſeq.

Matrimonium indiſſolubile, etiam poſt conſummationem, diſſolvi poteſt, etiam quoad vinculum conjugale, ſi alter conjugum convertatur ad fidem, & alter nolit pacifice & ſine contumelia Creatoris habitare cum illo, ſecus vero ſi alter velit pacifice & ſine ſcandalo cohabitare. Ibid. p. 392. n. 88.

Tria ſunt præcipua Matrimonii bona, ratione quorum honeſtum redditur, & prudenter eligibile: nempe bonum prolis, bonum fidei, & bonum ſacramentum. Ibid. p. 338. n. 5.

Impedimenta Matrimonium prohibentia & dirimentia. Ib. diſp. 8. & 9. explicantur.

*Mendacium.*

Non eſt licitum mentiri propter aliquem bonum finem, ut ad evadendam vitam proximi vel aliquod grave damnum vitandum. Unde eronea eſt Abbaſis Joſeph ſententia, apud Caſſianum collat. 17. cap. 18. dicens: Quando grave aliquod imminet de veritatis conſeſſione diſcrimen, tunc mendaciorum ſunt recipientia præſugia. Tomo 3. p. 158. n. 14.

Abſurdum eſt quod dicunt quidam antiqui Theologi, nempe quod licet Deus non poſſit mentiri de potentia ordinaria, bene tamen de potentia extraordinaria & abſoluta; nam poſſe mentiri non eſt eſſentiæ, ſed potius defectus potentie. Unde Ambroſius epilt. 37. Impeſſibile iſtud eſt (ſcilicet non poſſe mentiri) non infermitatis, ſed virtutis eſt, & majoritatis; quia veritas non recipit mendacium, nec Dei virtus leviſſimam errorem. Tomo 4. p. 141. n. 85.

*Meritum juſti.*

Homo juſtus per gratiam operando, poteſt vere & proprie, ſeu de condigno, aliquid a Deo promereri. Tomo 4. pag. 110. num. 2.

Conditiones ad merendum requiſitæ. Ibid. p. 111. n. 12. & ſeq. explicantur.

Redditio præmij pro meritis in Deo non eſt actus gratitudinis aut fidelitatis, ſed juſtitiæ, non commutativæ; ſed diſtributivæ. Ibid. p. 117. n. 79. & ſeq.

Opera juſtorum ex gratia & caritate procedentia, ſunt vere & proprie meritoria de condigno vitæ æternæ, quæ in gratia tanquam fructus in ſemine continetur. Unde Bernardus: Latec gloria fratres mei, abſcondita nobis eſt in volutione; in momentano hoc latec æternitas, in hoc levi pondus ſublime & ſupra modum. Ibid. p. 121. n. 120.

Meritum vitæ æternæ primo pertinet ad Caritatem, ad alias autem virtutes ſecundario, ſecundum quod earum actus imperantur a caritate.

Unde Auguſtinus: Anima caritati quantum adoroſcit, tantum de lumine gloria illuſtrabitur. Et S. Thomas: Plus participabit de lumine gloria, qui plus habet de caritate. In hujus rei typum Apoccl. 21. Angelus menſura arundinea aurea metitur portas & murum caſtellæ Jeruſalem, ut per hoc ſignificaret, caritatem eſſe menſuram gloriæ eſſentialis, & gradus luminis gloriæ commensurari gradibus caritatis. Ibid. pag. 125. num. 157. & ſeq.

Nullus poteſt de condigno ſibi mereri primam gratiam juſtificantem, ſed illa ex pura Dei miſericordia tribuitur. Unde Auguſtinus: Cui redderet coronam juſtus Judex, ſi non donaret gratiam miſericors Pater? Quomodo illa tanquam habita redderetur, niſi prius iſta gratuita donaretur? Nullus etiam homo purus alteri poteſt de condigno mereri primam gratiam, bene tamen de congruo. Ibid. p. 123. n. 186. & ſeq.

Homo juſtus non poteſt mereri ſibi reparationem poſt lapſum, merito de condigno, neque de congruo, ſi meritum de congruo ſtrictio & proprie accipiatur; illam tamen poteſt mereri alteri, merito de congruo proprie & ſtrictio ſumpto. Ibidem p. 130. n. 204. & ſeq.

Homo non poteſt mereri de condigno donum perſeverantiæ, ſic enim prævenienti gratiæ, recte vitæ tribuitur initium, felix illius clauſula, dono perſeverantiæ aſſignatur; utramque Divinæ gratiæ opus eſt, illud prævenientiæ, iſtud finalis; ambo Divinæ munificentie dona præclariffima, unde neutrum cadit ſub merito; illud quidem, quia principium eſt meriti, iſtud quia meritorium omnium perfectio & conſummatio eſt. Ibid. p. 132. num. 217.

Prædeſtinatio eſt veluti aurea quædam catena, qua Deus homines ad ſe trahit, & terra ad cælum evellit, ex variis Dei beneficiis, veluti annulis compoſita, nempe prædeſtinatione, vocatione, juſtificatione, & glorificatione: aurea vero ſubula, qua annuli illi inter ſe coherent, perſeverantia eſt; hæc enim ſine principio, & glorificationem æternam prædeſtinationis conjungit. Hæc Deus ad cælum electos attrahit; ſed miſerans, juxta illud Jeremias 31. Arraxi te miſerans; quia perſeverantia donum, ex ſola Dei miſericordia, non vero ex noſtrorum operum meritis, nobis tribuitur. Ibid. n. 219.

*Meritum Chriſti.*

Chriſtus vere & proprie meruit a primo infanti ſue conceptionis, & in infantia, totoque vitæ tempore, uſque ad inſtans mortis excluſive; unde voluit laeris Chriſto mortuo inſtitutum, non fuit meritorium, neque ſatisfactorium hinc hæc tamen plaga valde nobis fuit ſalutaris, Chriſtus enim compatiens in cruce, balſamum pro cavernam puſtulis eripit, odorem remiſſionis peccatorum & redemptionis effudit, ut ait Ambroſius. Antimo devotoz in hoc vulnere lateris, ut myſticæ columbar, continuo habitare & conqueſcere debent, ut egregie declarat Guerrius Abbas & Lanſpergius. Tomo 4. p. 425. n. 4. & ſeq.

Chriſtus meruit per actum caritatis, ut terminatur ad bonitatem Divinam; non ut eſt ratio diligendi perfectiones neceſſarias Dei, ſed ut eſt ratio diligendi creaturas. Ibid. pag. 429. n. 42. & ſeq.

Varij modi conciliandi libertatem & meritum Chriſti cum ejus impeccabilitate referuntur, ac reſelluntur, & vere ſtatuitur & explicatur. Ibid. p. 431. n. 57. & ſeq.

Operationes Chriſti Domini habuerunt valorem meritorum ſimpliciter inſinitum. Ibid. p. 436. n. 110. & ſeq.

Chriſtus non ſibi meruit gratiam habitualem, nec gloriam eſſentialem anime; bene tamen gloriam ſui corporis, ſiſque nominis exaltationem, juxta illud Tertulliani: Chriſtus ſuavis poſt ſella guſtavit, nec ante Rex gloria in caeleſtibus ſalvatus, quam Rex Judæorum proſcriptus in cruce. Nobis autem meruit omnes prædeſtinationis effectus, hoc eſt gloriam, auxilia ſupernaturalia, diſpoſitiones proximas & remotas ad gratiam, &c. Deus enim, ut ait Apoſtolus, benedixit nos omni benedictione ſpirituali in Chriſto. Ibid. p. 439. n. 137. & ſeq.

*Metus.*

Quæ ex metu ſunt, ſunt mixta ex voluntario & involuntario, ſeu voluntaria ſimpliciter, & involuntaria ſecundum quid. Tomo 3. p. 66. n. 94. & ſeq.

Metus non ſolvit valorem contractus Matrimonii, aut voti ſcèlemis Religioſis ex natura rei, ſed jure tantum poſitivo. Ib. p. 68. n. 112.

*Miſericordia Dei.*

Miſericordia eſt in Deo formaliter, non ſolum quantum ad affectum, ſed etiam quantum ad effectum ſubſequentiæ altæ miſericordie. Tomo 1. p. 297. n. 44. & 45.

Miſericordia eſt attributum Deo maxime proprium. Ibidem numero 46.

Tres



Tres rationes D. Thomae cur Deus miserando, & parcendo, omnipotentiam suam manifestet. Ibid. n. 47.

Deus est, ut ait Euthymius, infinitum quoddam pelagus misericordiae, in quo qui se mergit, non obicitur, sed saluatur; obicitur vero qui non se immergit. Ibid.

Misericordia appellatur a D. Bernardo primordialis causa omnium, & causalissima causa. Ibid. n. 44.

Misericordia in Deo includit omnem perfectionem simpliciter simplicem, & rationem actus purissimi, & perfectissimi, ut egrae explicat Cajetanus. Ibid. n. 48.

Divinae misericordiae signum Ezechiel 1. dicitur esse positus supra firmamentum, quia divina misericordia nullo circumscriptur tempore, & nullo coarctatur loco. Ibid. p. 299. n. 51.

Divinae misericordiae thronus Apocal. 4. dicitur esse linte circumdatus, quia licet in Iride varii colores videntur, sique pulcherrimi, ita misericordia Dei, multiplex nobis apparet. Subditur, illum esse similem visioni Samaritanarum, quia sicut nullus coloris aspectus junctior est, quam aspectus Samaritani, qui videntes suam oculorum laesitudinem recreat; sicetiam nullus ascribitur divini inconsiderato ita mentem hominis exaltat, ac demulcet, sicut divinae misericordiae contemplatio. Ibid. n. 42.

Myserium incarnationis fuit necessarium ad aliquid divinae misericordiae complementum. Ibid. n. 53.

**Missa.**

Nomen Missae, quod aliqui Hebraei putant, alii vero Latini, antiquissimum est. Tomo 5. p. 205. n. 3.

Missa, sive celebratio Eucharistiae, est vera, & proprie sacrificium. Ibid. n. 5.

Tota ejus essentia consistit in consecratione corporis, & sanguinis Christi, ut dicente ordine transcendentali ad summationem, tamquam ad finem, & terminum extrinsecum. Ibid. p. 210. n. 44.

Valor sacrificii Missae est inextinguibile, & extensive infinitus, subindeque oblatio pro pluribus, aequae prodest cuilibet, ac si pro uno tantum offeratur; non licet tamen propterea, pro eadem Missa, plura stipendia a pluribus accipere. Ibid. p. 215. n. 95. & seq.

**Missa divinarum personarum.**

Missa divinarum personarum, sic definitur vel describi potest: *Missa est processio originalis a mittente cum novo modo existendi in alio.* Unde Pater aeternus a nullo mitti potest; Filius a solo Patre, & Spiritus Sanctus a Patre, & Filio. Tomo 1. p. 167. n. 8. & seq.

Missa invisibilis divinarum personarum, non fit nisi ratione gratiae, & caritatis. Ibid. p. 162. n. 15. & seq.

Triplex datur in homine invisibilis missa divinarum personarum. Prima fit in Baptismo, vel in prima peccatorum justificatione; secunda homo justificatus novum gratiae augmentum acquirit; tertia fit in ipsa beatitudine, in qua Deus incipit esse novo modo in anima, per unionem essentiae suae, in ratione speciei intelligibilis. Ibid. p. 162. n. 29.

In Missione invisibilis divinarum personarum, Filius, & Spiritus Sanctus, ratione gratiae sanctificantis, sunt specialiter, etiam secundum substantiam, praesentes in anima justae. Ibid. p. 170. n. 32.

**Modestia.**

Modestia a modo dicitur, quia nimium modum statuit qui in humanis affectionibus, & actionibus, in gestu corporis, cultu, & vestitu servari debet. Tomo 4. p. 252. n. 23.

Modestiam esse Dei portionem, idem partem notabilem habitationis Dei in homine, egregie dicit Ambrosius. Tertullianus vero de illa loquens haec scribit: *Emanat ab anima in habitum, & eructus a conscientia in supercilium, ut & foris inspicitur quasi suspensibilem suam.* Ibid.

Homo modestus solo sui aspectu contentus prodest, quod Ambrosius explicat similitudine hujus animalis, quod si ab iherico conspiciatur, sanat conscientiam. Unde Ignatius Epist. ad Traillanos, praefatus modestiam vocat. *Magnam aliamque disciplinam.* Ibid.

De modestia cultus seu apparatus exterioris, Tertullianus in libro de velandis virginibus, eas alloquens sic ait: *Vestire vos sericeo probolentis, hyssino sanctitatis, purpura pudicitiae. Taliter pigmentata, Deum habebitis amantem.* Ibid. p. 254. n. 34.

**Mollities.**

Erronea est Caranulii sententia, afferentis mollitiem jure naturae prohibeam non esse; unde si Deus (inquit) eam non interdixisset, sepe esset bona, & aliquando obligatoria sub mortali. Mirum esse naturam Christianum Doctorem, quod Poetae Gentilis, & alias in moribus factis depravato, scilicet Martialis, non occurrat; ille enim mollicem, ut de se malum, & naturae repugnantiem, acriter reprehendit Epigram. 43. Tomo 3. in dissertatione de probabilitate, pag. 176. & 177. num. 77. 78. & 79.

**Moralitas actuum humanorum.**

Moralitas actuum humanorum consistit in relatione quam actus humani dicant ad suam regulam seu mensuram; unde libertas est quidem fundamentum moralitatis actuum humanorum, non tamen ipsa moralitas formaliter. Tomo 3. p. 132. n. 2. & seq.

Dux sunt regule moralitatis; una remota, & extrinseca, in mente divina existens, scilicet lex aeterna; alia proxima intrinseca, ac in homine rehdens, nempe dictamen nostrae rationis, secundum quod praedictam legem participat, & ei subordinatur. Ibid. p. 133. n. 29.

Dux tantum fuit species moralitatis, bonitas scilicet, & malitia, indifferentia enim non est aliqua species moralitatis, media inter bonitatem, & malitiam. Ibid. p. 136. n. 1. & seq.

Bonitas moralis consistit formaliter in respectu transcendentali ad obiectum, ut consensum regulis morum. Ibid. p. 137. n. 10.

Prima, & specifica actuum humanorum moralitas sumitur ex obiecto, in esse morali, & ut consonat vel dissonat rationi, considerata; secundaria vero, & accidentaliter, sumitur ex circumstantiis. Ibid. p. 139. n. 1. & seq.

Actus humani interdum ultra bonitatem vel malitiam quam sumunt ex obiecto, habent aliam ex fine operantis, quae est diversa specie ab ea quam habent ex obiecto. Ibid. p. 140. n. 7.

An idem actus humanus possit simul habere diversas species moralitatis? Ibid. p. 159. n. 3. & seq. fute declaratur.

**Mors.**

Mors est effectus seu poena peccati originalis; unde Ildorus in libro eymol. docet quod mors a mordendo dicitur, quia cum primus parens fructum veritum memorat, per morsum mortem incurrit. Tomo 3. p. 287. n. 13.

**Moses.**

Moses non fuit auctor veteris legis, sed dumtaxat ejus promulgator. Tomo 3. p. 264. n. 31. & seq.

Non peccavit occidendo Aegyptium. Ibid. p. 159. n. 21.

**N.**

**Necessitas.**

Explicat mens Anselmi distinguens duplicem necessitatem; alteram antecedentem, qua tollit libertatem; alteram consequentem, qua libertati non nocet. Tomo 1. pag. 343. n. 143. & seq.

Haec propositio: *Quod ex impossibilitate per necessitatem sequitur consequentiam, hoc impossibile est necessarium,* fuit olim damnata Romae a Xilio IV. anno 1476. ut refert Sylvius in opusculo de primo motore. Ibid. p. 244. n. 158.

Omnis suppositio antecedens, non inducit necessitatem antecedentem. Ibid. p. 240. n. 129. & seq.

**Nomen Dei.**

Non potest a vicioribus, bene tamen a beatis, Deo imponi nomen, quod ipsum quidditative, & ut est in se significet. Tomo 1. p. 121. n. 1. & seq.

Decem praecipua nomina quibus Hebraei olim Deum cognominare solebant. Ibid. p. 122. n. 11.

Nomen Dei quatuor litteris apud omnes Genes scribitur. Ibid. n. 12.

Alqua sunt nomina, quae remouent a Deo imperfectiones creaturarum; alia, quae ipsam significant per modum excessus, & supereminetiae; alia, quae exprimitur ejus causalitatem, & dominium erga creaturas. Ibid. n. 13.

Deus est quod cum dicitur non potest dici; cum affirmatur, non potest affirmari; cum definitur, ipsa definitione crescit, ut loquitur Nazianzenus. Ibid. n. 14.

Deus recte appellatur a Dionysio, & Nazianzeno *intominabilis & omninois*, quia licet pluribus nominibus appellatur, ut a nobis aliquid modo cognosci possit, nullum tamen ipsum exprimitur potest ut est in seipso. Unde egregie Augustinus: *Omnia possunt dici de Deo, & nihil digne dicitur de Deo. Nihil latius, hac insipia. Quare congruum, non inuenis. Quare quoque modo dicere, omnia inuenis.* Ibid.

**Notiones divinae.**

Discrimen quod inter relationes proprietates, & notiones veritatis. Tomo 2. p. 125. n. 43.

Triplex requiruntur, ut aliquid dicatur notio in divinis. Ibid. n. 44.

In divinis quoque tantum dantur notiones, nimirum paternitas, & inaccessibilitas in Patre, filio in Filio, spiratio activa in Patre & Filio, ut fuit principium Spiritus Sancti, & processio, seu spiratio passiva in ipso Spiritu Sancto. Ibid. p. 125. n. 49.

**O.**

**Obedientia.**

Obedientia est virtus specialis, quia est ad omnium materiam formalem, quae est superioris preceptum. Tomo 4. p. 247. n. 3.

Tres conditiones ad perfectam obedientiam requiruntur. Ibidem n. 4.

S. Augustinus, & D. Thomas obedientiam ceteris virtutibus moralibus praefere videntur.

**Oblatio.**

Oblatio, ut distincta a sacrificio, est actus, quo res externas Deo offerimus, sine mutatione earum facta. Unde Apostolus ad Hebraeos 5. *Omnis sacrificium est hominibus assumptus, pro hominibus constitutum in his, qui sunt ad Deum, ut offerat dona, & sacrificia pro peccatis.* Ubi per dona, quae distinguit Apostolus a sacrificiis, intelligit simplices oblationes primitiarum, aliarumque rerum, quae non adolebantur in sacrificium, sed integre Deo offerbantur, ad usum Sacerdotum, & templi. Tomo 4. p. 246. n. 21.

**Observantia.**

Observantia est virtus, per quam homines aliqua dignitate antecedentes, cultu quodam, & honore profecturum; sicut enim parentibus, & patriae, quae sunt principia naturalis esse, & educationis, debemus peculiariter obsequium, & cultum pro quo exhibendo constituitur pietas: ita superioribus, quia auctores sunt nostrae gubernationis, & directionis, per leges, per precepta, per consilia, per doctrinam, &c. debemus specialem honorem, ad quem praestandum ponitur observantia. T. 1. p. 247. n. 2.

**Oculus sui.**

Non licet homini seipsum interficere, ut ad feliciteram transeat vitam, vel ut praesentis vitae miseria evadat: sicut enim inquit

quit Lactantius) in hanc vitam non nostra sponte venimus; ita rursus ex hoc domicilio corporis, quod tuendum nobis assignatum est, ejusdem jure recedendum est, qui nos in hoc coepit induxit, tandem habituros, donec jubeat emitti. Unde falsa est quorundam Casuistarum sententia afferentium militares navales licite posse igem injicere in pulverem sulphureum, ne navis in hostium potentiam integra deveniat, vel ne hostes fiant animosiores ex parva victoria. Tomo 3. in dissertatione de probabilitate, pag. 181. num. 103.

Falsa & erronea est Tamburini sententia, afferentis, ad tormentum, damnaque gravia vitanda, posse applicari sibi salum crimen imponere, etiam si mors sit sibi secutura. Sicut enim qui seipsum falso testimonio interimit, suicida est; quod enim refert quod seipsum ferro, vel lingua perimat, dummodo seipsum perimat? Ibid. num. 100.

Non minus a veritate alienum est quod idem Auctor asserit nimirum iuste damnatum ut fame pereat, posse oblatum panem respicere. Cum enim in eo casu non sumere panem, sit seipsum occidere, manifestum est, illum eodem precepto teneri panem oblatum acceptare, quo tenetur seipsum non occidere. Ibid. p. 181. num. 105.

**Omissio.**

U. omissio & effectus ex illa sequens sunt voluntaria, requiritur debeat seu obligatio ponendi actum qui omittitur. Tomo 3. p. 50. num. 37.

**Opinio.**

Opinio est actus intellectus, qui fertur in unam partem contradictionis cum formidat alteram. Tomo 3. in dissertatione de probabilitate, p. 167. num. 13. & seq.

*Intellectus variis modis, sicut auctoritatis, opinio sola verificabilis sine certitudine habet. Habent illa duo certam veritatem; sed fides clausum & involutum, intelligentiam, modum & manifestum. Certum opinio certi nihil habens, verum per veritatem quatuor, potius quam approbentur.* Ita Bernard. 7. de consider. c. 2. lb.

Opinio non est virtus intellectualis.

Non licet sequi opinionem nimis probabilem, faventem libertati in concursu probabilioris, quae faret praepro. Ibid. p. 168. num. 20. & seq.

Probabilitatem monstra, seu varii novorum Casuistarum excessus refelluntur. Ibid. p. 176. n. 75. & seq.

Casuistiarum Apologia, a Sorbona, & Galliae Episcopis, & tandem a Summo Pontifice reprobatum. Ibid. p. 189. n. 162. & seq.

In concursu duarum opinionum aequae probabilitatis, tutior semper est eligenda. Ibid. p. 173. num. 54. & seq.

Unus tantum Doctoris suffragium sua auctoritas communiter loquendo, non potest reddere opinionem aliquam probabilem, & in praxi tutam. Ibid. p. 174. num. 65. & seq.

**Oratio.**

Licet oratio sit actus religionis, quae est in voluntate, subiectur tamen, & elicitur ab intellectu, cum orare nihil aliud sit, quam internum nostrum conceptum ad Deum ordinare, ipsi exprimere, inclinare, & notum facere; quod est manus intellectus. Tomo 4. p. 243. num. 5.

Quatuor in oratione veluti partes integrales numerat Apostolus 1. ad Timotheo. 2. orationem, postulationem, obsecrationem, & gratiarum actionem. Ibid. p. 244. num. 7.

Dionysius Aetopagica lib. de divinis nominibus pulcherrimo symbolo & erudienti hieroglyphice aetate caeculae & oculis emissa, ad sidera, & ad ipsum Deum nos trahens, orationem depictam, & adumbravit. Ibid. num. 8.

Anima oratione desinitur, est veluti parasitica; sicut enim, ut ait Chrysostomus, corpus humanum abique nervis motum aliquem habere non potest, ita neque anima abique oratione. Ibid.

Oratio est cella vinarum, in qua anima inebriatur vino devotionis; quod laetificat cor, & torrens voluptatis potatur. Ibid.

Varia orationis eogia ibid. ex Augustino referuntur.

Qualitates bonae orationis recte designantur similitudine Thimiamis, quod offerrebat in templo, ex precepto Dei mane, & vespere, ut Cassiodorus, & Bellarminus egregie declarant. Ibid.

**Ordo seu Ordinis Sacramentum.**

Ordo seu ordinatio, quae Ministri Ecclesiae initiatorum, est vera, & proprie Sacramentum. Tomo 5. p. 313. num. 2.

Non solum Sacerdotium, sed etiam Diaconatum, Subdiaconatum, & quatuor minores Ordines, sunt vera, & proprie Sacramenta. Ibid. p. 322. num. 6. & seq.

Singulorum Ordinum materia & forma. Ibid. p. 326. num. 38. & seq. explicatur.

Nequit simplex Sacerdos, ex commissione Summi Pontificis, conferre majores Ordines, bene tamen minores. Ibid. p. 330. n. 3. & seq.

**Osculum.**

Incarnatio significatur per osculum, quod est praecipuum amoris & benevolentiae signum: sicut enim in osculo os unius dilecti ori alterius coniungitur, ita per Incarnationem duae naturae divinae generat declarat D. Bernard. serm. in Cant. T. 4. p. 272. n. 15.

Spiritus Sanctus Patris & Filii osculum dicitur, ut egregie expendit D. Bernardus serm. 8. in Cant. ubi haec verba sponte: *Osculum me osculo oris sui explicans ait: Si recte Pater osculans, Filius osculum accipit, non oris ab osculo Spiritum Sanctum intelligi, utpote qui Patris, & Filii imperiosabiliter pax sit, gloria firmum, indivisibile amor, indivisibilis unitas.* Tomo 2. p. 149. num. 112.

Eucherius Homil. in initio quadragesimae, osculum impudicum, & arham peccati, appellat, additque etiam esse *osculum diaboli.* Basilii vero lib. de vera virginitate haec scribit: *Formosissimum oscula cavere oportet, non sicut quam animalium vorantem vorantem porcus: diffunditur enim venenum ex osculo per totum corpus.* Theol. Genes. Tomo V.

**P.**

**Papa.**

Papa seu Romanus Pontifex, ex Cathedra loquens, est infallibilis regula fidei, & iudex controversarum. T. 4. p. 177. n. 8.

Soli singulari persona Petri a Christo concessus fuit primatus & aeterna potestas regendi universalem Ecclesiam, non vero abis Apostolis, subindeque Paulus aequaliter cum Petro non habuit potestatem & auctoritatem in Ecclesia. Ibid. p. 180. n. 36. & seq.

Romanus Episcopus est legitimus Petri successores in primatu totius Ecclesiae. Ibid. p. 186. num. 78. & seq.

De fide est Innoc. XI. esse legitimum Petri successorem & Christi Vicarium. Ibid. p. 190. num. 103.

Sacrae successiones Romanorum Pontificum series. Ibid. pag. 191. num. 125. & seq.

Nullus ex ducentis triginta tribus Pontificibus, qui haec Ecclesiam Catholicam gubernarunt, dies Petri exsuperavit: cujus egregiam rationem tradit Petrus Damianus. Ibid. p. 194. n. 126.

**Paradisus terrestris.**

Quae Moyses scripsit de Paradiso terrestri, non figurate & allegorice, sed literaliter intelligenda sunt. Unde Paradisus terrestris fuit locus visibilis & corporeus, in Orientis partibus situs, non vero sub Aequinoctiali, aut Zona torrida, sed sub Zona temperata. T. 2. p. 312. n. 2. & seq.

Quem situm, seu altitudinem habuerit, & quante fuerit magnitudinis, amenitatis, & pulchritudinis. Ibid. p. 314. num. 24. & seq. declaratur.

In medio ejus duas arbores praestantissimas Deo plantaverat, quarum una arbor vitae, altera arbor scientiae boni & mali dicebatur. Ibid. p. 316. num. 42. & seq.

In medio quoque ejus erumpebat magnus fons, qui in quatuor capita, seu ingenia flumina dividebatur, quorum nomina erant Phison, Gihon, Tigris, & Euphrates. Ibid. p. 317. n. 51.

Paradisum terrestrum adhuc extare, & Henoch ad Eliam in eo commemorari usque ad adventum Antichristi, celebris, est multorum SS. Patrum & veterum ac recentium Theologorum sententia. Ibid. p. 318. num. 57. & seq.

**Peccatum.**

Peccatum definitur ab Augustino, dictum, vel factum, vel concupitum contra legem aeternam. Unde essentiale est culiciter peccatum, quod sit contra legem Dei aeternam; sicut & quod sit injuria & offensa Dei. Tomo 3. p. 227. num. 54. & seq.

Praecipuae species seu divisiones peccati. Ibid. p. 229. num. 1. & seq. exponuntur.

Distinctio specifica peccatorum sumitur ex obiecto in quod tendunt, non vero ex preceptis, quibus opponuntur. Ibid. p. 230. n. 12.

Ratio formalis constitutiva peccati commissivis, non consistit in privativo, sed in positivo; nimirum in tendentia actus humani ad obiectum ut regulis morum disforme. Ibid. p. 233. n. 15. & seq.

Non potest dari omissio culpabilis sine actu peccati, aut concomitante, qui sit causa vel occasio intendendi. Ibid. p. 239. n. 81.

Omissio in somno contingens, vere imputatur ad culpam, tempore quo iustitiam praecipuum, & non solum est effectus peccati. Ibid. p. 244. num. 141.

Peccata commissivis, & omissivis sunt ejusdem speciei in genere moris, si ad idem ordinem, & ex eodem motivo procedant. Ibid. p. 246. n. 166.

Omnia peccata non sunt inter se connexa, nec aequalia in gravitate & malitia. Ibid. p. 247. num. 1. & seq.

Inaequalitas essentialis peccatorum sumitur ex obiecto, accidentaliter ex circumstantiis non mutantibus speciem. Ibid. pag. 249. num. 3. & seq.

Appetitus sensitivus, prout est in homine conjunctus parti rationali, etiam sine actuali voluntate influit, potest esse principium & subiectum culpae venialis. Ibid. p. 255. n. 18. & seq.

Non potest voluntas peccare, nisi aliquis error practicus, vel saltem aliqua inconsideratio, seu inadvertentia, in intellectu praesens. Ibid. p. 259. num. 19.

Deus nec directe, nec indirecte dicit potest causa peccati. Ibid. p. 261. num. 33. & seq.

Error Pelagii negantis peccatum Adae in ejus posteris traduci, pluribus Scripturae, & SS. Patrum testimoniis, variisque rationibus refellitur. Ibid. p. 264. num. 1. & seq.

Quomodo peccatum originale voluntarium sit. Ibid. p. 266. n. 21. & seq. explicatur.

Quomodo vero per generationem in posteris Adae tradatur. Ibid. p. 268. n. 44. declaratur.

In quo ejus essentia seu ratio formalis consistat. Vide Ibid. p. 274. n. 109. & seq.

In quo subiectur. Vide p. 278. n. 150.

Parvuli cum solo originali decedentes, non subitaneam penam gehennae, & combustionis aeternae, nec ullo afficiunt dolore vel tristitia interiori, ob eam tamen beatificae visionis; non erunt tamen post diem iudicii beati beatitudine naturali. Ibid. p. 279. n. 163. & seq.

Inclinatio naturalis ad bonum honestum minuitur quidem per peccatum originale, & actuale, non tamen omnino tollitur. Ibid. p. 284. num. 4. & seq.

Mors, morbi, & ceterae miseriae corporales, sunt effectus seu poena peccati originalis. Ibid. num. 11. & seq.

Relinquitur etiam ex peccato praeterito quaedam macula in anima peccatoris, quae est privatio interioris gratiae sanctificantis cum respectu ad actum peccati praeteriti, a quo causatur. Ibid. p. 285. num. 19. & seq.

Macula peccati venialis consistit in privatione fervoris, caritatis, seu

E c  
in